

P V I S



1 6 0 3

43

PAVLI MELISSI ET ALIORVM

Carmina

AD DAVIDEM

PAREVM SILESIVM:

Quibus ei Doctoratum S. Theologiae, in celeberrima Academia Heidelbergensi: cum xvii alijs Iurisprudentiae & Medicinae candidatis: summa collatum solemnitate gratulantur.

PROMOTORE,

VIRO REVERENDO

ET CLARISSIMO DANIELE TOS-

SANO S. Theologiae Doctore & Professore.
v Julii Anno salutis clb lxxciii.

NEOSTADII,

Apud Matthæum Harnisch.

clb lxxciii.

lt.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several lines and appears to be a formal document or letter.





PAVLI MELISSI FRANCI

Carmen

AD DAVIDEM PA-
REVM SILESIVM,
Theologum.

BTEMPERANDVM est optimis horta-
tibus
Fidorum amicūm. non enim sine numine
Præsente caelestum iuberis quidpiam
Præstare, quod bono uspiam
Ecclesiæve sit rei ve publicæ.
Auctoritatem quippe conciliat viro
Vis superiorum, & prævalens pollentia;
Graduumq; sunt discrimina
Servanda. Doctorem Theologia sacra
Reapse te clara vit eruditio
Præsignis illa, quâ viros celeberrimos
Verè amulatus exprimis,
Olevianum nempe & Vrsinum integri
Exemplar oris, Sonium & Kimedoncium;
A 2 *Quis*

Quis surrogatus strenuè in Sapientiâ
PARE' Et tu collegio
Formas juventam. Disputante te palam
Cunctis, quis est, qui non tuarum comprobet
Conclusionum vincula argumentaque,
Thesesq; depromptas Dei ex
Verbo, patrumq; antiquiorum paginis;
Quæ norma fidei, quæ salutis regula
Cluent, amussis veritatis unica,
Vitaq; apiscenda scopus?
En, ut disertus explicas, qualis siet
Persona Christi, sive vera hypostasis,
Duplexq; natura potestas! Quid suâ
Necesse promeruerit perditis.
Super astra celi quid sibi adscensus velit,
Et ad parentis dexteram confessio;
Prædestinatioque quid fidelium,
Fidesq; sanctorum velit,
Constansq; perduratio usque ad terminum.
Quòd efficax sit per ministerij modum,
Sacer ille Flatus. Quæ sacramentum utilis
Et congruens doctrina sit.
Quid sentiendum de lavacro infantium,
Diæque cenâ, corporisque & sanguinis

Communi-



Communione; pane quæ fracto pios
Et calice sacrato iugat
In corpus unum. Plura tradist alia,
Solidoque verifretus heic fundamine,
Opinionum monstra confutas simul,
Vias & errorum indicas.
O ter beatos, queis datum est hoc sæculo
Nasci, imbuique luce notitiæ Dei!
Nullo pol usquam claruerunt tempore
Sacra nitidius littera.

Anno MDCCCIII. Die v. Julij.
Haidelbergæ.

A 3

EPI-

EPIGRAMMA

*IN CLARISSIMI DOMINI
DOCTORIS PAREI LAUDEM: CVM IN-
signia Doctoratus in sacra facultate
Theologica Heidelbergæ
assumeret.*

CVR sex atque decem sunt, qui petière, reperti
A sancta decoris virgine signa Themis?
Unicus est autem in divino Iure PAREVS
Qui petiit decoris debita signa sibi?
Nempe quòd Aufonii præclara scientia Iuris
Qua pollent, omnes sustinet esse pares.
Nullus at inventus qui nunc par esse PAREO
Possit, doctrinæ cognitione Dei.
Propterea est solus titulum Doctoris adeptus
Divini Iuris lumine conspicuus.

IOHANNES GRENONIVS
faciebat.



AD PATREM
IOHANNIS PHILIPPI PA-
REI FILII
GRATVLATIO.

Tandem optata diu summo diluxit Olympo
 Numine felicitis sideris orta dies,
Qua, dilecte Parens, cunctorum Academia plausu
 Contribuet studijs premia digna tuis:
Pramia pro magno dudum tribuenda labore,
 Quo toto clarum est nomen in orbe tuum.
Nunc meritas referet tibi Christi Ecclesia grates,
 Clarius atq; vehet nomen in orbe tuum:
Te DOCTORE sibi gratabitur alma iuventus
 Tradita preceptis erudienda tuis.
Quin magis ergo tuo leti gratamur honori
 Nos quicumq; sumus te genitore sati:
Ipse ego IOHANNES, soboles tua prima, PHILIPPUS:
 Et tua qui frater nomina DAVID habet:
IOHANNES quintum numeransq; GEORGIUS annum:
 Parvulaq; ANNA mihi MARGARIS una soror:
Ipsa etiam, quæ me genuit, dulcissima mater
 Lata dat eterno pinguiathura DEO:
Cuncti pro merito tibi fausta precamur honore
 O patriæ: ô nostræ luxq; decusq; domus.
Quod superest: æqua qui dividis omnia lance,
 Te precor hæc nutu dirige cæpta tuo:
Hoc DOCTORE diu fac templa scholæq; fruantur:
 Sic genitore diu filius ipse fruatur:
Et bonus asspira studijs fratrumq; meisq;
 Patris ut in nobis accumulatur honos.

F I N I S.



Jf 4600


ULB Halle 3
003 299 04X



sb.

1077





43

LI MELISSI ET ALIORVM
Carmina
DAVIDEM
EVM SILESIVM:
us ei Doctoratum S. Theo-
in celeberrima Academia
lbergensi : cum xvii alijs
udentiæ & Medicinæ can-
atis: summa collatum so-
lemnitate gratulan-
tur.
PROMOTORE,
DO REVERENDO
ARISSIMO DANIELE TOS-
DO S. Theologia Doctore & Professore.
Julii Anno salutis clō lō xciii.
NEOSTADII,
id Matthæum Harnisch.
clō lō xciii.

bt.

